

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 146. Eandem necessitatem docet Apostolus Paulus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

sed & diligat Deum. Et Albertus Pighius in collatione Ratisbonae inter Catholicos & Lutheranos habita controv. 7. *Nos omnes cordis paenitentia-*
nem, & de peccatis diligenter, ac dolore, etiam
magnam & vocem entem, contritionem intelligi-
mus, qualis in potentia salutari requiritur. Qui
enim ex sui tantum amore, sui comitati respectu,
tempe & g. hennae merum, de peccatis dolor proce-
dit, euam quantumcumque vobemus & innatus
fit, non est qui cor contritum facit, & veniam im-
picias. Quid ergo contrito, que pars est Sacra-
menti & contentie? Contritionem (inquit) intelli-
gimus diligenter, & vobemus, & dolore de
commisso a nobis peccatis, ex corde sincero & in-
timo, atque eo respectu quod divinam illam Majes-
ticem offendimus. Idque ex totius Ecclesiae sensu se
scribere dicit: Hoc est (inquit) Catholicæ Ecclesie.
& nostra doctrina de penitentia baptismo
peccantium. Et revera sic intellexerunt quoque
adversus Lutheranos haec de re, paulo ante Tri-
dendum, circa annum 1540. scripserunt.

1701 *Cum ipsis ergo dicendum, veram ad Deum*
conversionem fieri non posse per solum servilem
*generica merum, neque per solum concupi-
citatem amorem, quo Deus propter se non amat,
sed propter lecomodum seu interest nostrum
dumtaxat. Nam & qui sic timeret (ait Bernardus
epit. 11. ad Carth.) & qui sic cupit, utrique
pro se agnoscat. Sola que in Christo est charitas non
querit que sua sunt. Quamobrem puto de illa di-
ctum: "Lex Domini immaculata, convertens
*animas;" quod sola videlicet sit, que ab amore suis
& mundi, avertire possit animam. Nec timor quis-
pe, nec amor privatus convertit animam... cha-*
*ritas vero convertit animas.**

Idipsum, ante Bernardum, dixerat Isidorus 1.
*2. de summo bono c. 8. Necesse est omni conver-
so, ut, post timorem, configere ad charitatem Dei*
*debeat. Similiter Author libri de ver. & iust. poe-
nit, apud Augustinum c. 7. Convertitur, qui to-
tus & omnino veritur, qui non tantum panis isti-
met, sed ad bonum Dominum contendere se jinat.*

Denique conversionis motus, motus est profe-
cutionis. Motus timoris, non est motus prosecu-
tionis. Imò motus est fuga (siquidem fuga animi, te-
mor est). Augustinus tr. 46. in Joan. Et motus timoris
est per modum fuga. S. Thomas 2. q. 19. a. 11. Ergo motus timoris non est motus conversionis.

C A P U T C X L V I .

Eandem necessitatem docet Apostolus Paulus.

1702 *P*rimò, dum 1. Cor. 13. dicit: *Si tradidero*
corpus meum, ita ut ardeam: charitatem au-
tem non habuerit, nihil mihi proficeret. Ubi Apolto-
lius loquitor de charitate actuali, ut confitit ex-
*antecedentibus, textuque sermonis, ubi de acti-
bus sermo est, non de solo charitati habitu: quid enim,
nisi actus, hæc verba sonant, charitas pa-
siens est, benigna est, non querit que sua sunt; omnia
credidit, omnia sperat, omnia sustinet? Idem
demonstrat antithesis linguarum (de qua ibidem)
si linguis hominum loquar & Angelorum. Loqui
enim linguis, &c. maxime pertinet ad actum fe-
cundum. Denique de charitate actuali, seu dilec-
tione Apostolus communiter exponunt Sancti, no-
nominatum Augustinus ferm. 53. de temp. ubi sic:
In omnibus præcepit Deus charitas obsecans principia-
tum, sine cuius perfectione nihil Deo placere posse,
Paulus Apostolus testatur, quia nec martyrum, nec
seculi contemptum, nec eleemosynarum largitionem
sine charitatem officio (nota) quidquam proficere
posse ostendit. Unde & ipse Dominus, a quodam
Scriba interrogatus, quod esset mandatum maxi-
mum? Respondit: Diliges Dominum Deum tuum
*ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Præcepta**

verò Dei & mandata de actibus sunt, non de ha-
bitibus, officiumque charitatis actus est, seu ex-
ceptionem charitatis. Unde Chrysostomus homil. 32.
in 1. ad Cor. agens de charitate ab Apostolo ex-
presia loco citato, eam vocat actionem: *Præce-*
ramus hanc actionem laudare aggregurus; &c.

Et idem ex hoc loco sancti Doctoris inferunt 1703
baptismum fluminis; sine Dei benevolo super
omnia amore, ad iustificationem & salutem non
magis prodest quam baptismum sanguinis, seu
*martyris, ut vidimus l. 2. Quis autem Sacra-*mentum Baptismatis, eadem & Sacramentum Peni-*
tentiæ ratio. Unde Augustinus tract. 6. in Joan.
*n. 23. factum (inquit) Donatistæ, quia pati-*entur morteles: sed pro Donato, non pro Christo.* Vide quomodo patiaris.... Audi quid dicit
Apostolus.... si tradidero corpus meum ut ardeam;
& utique pro nomine Christi. Sed quia
funt multi, qui jaclanter illud faciunt, non cum
charitate, quia non pro nomine Christi, idem si
tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem au-
tem non habuero, nihil mihi proficeret. Charitatem
fecerant Martires illi, qui in tempore persecutio-
nis passi sunt; charitatem fecerant: ipsi de tumore
& de superbia faciunt. Ubi Augustinus ex alio
Apostoli loco probat Donatistæ fructus morteles
& mortem pati, quia pro Donato, non pro Christo;
& idem non charitate, uti Martires, sed sumere &
superbia patiuntur. Ubi manifestum est charita-
*te, eis pati ex charitate actuali; sicut pati-*more & superbia, eis passi ex tumore & superbia****

actuali. Ex charitate namque actuali Martires
passi sunt. Charitatem quoque actualem significat
istud pro Christo, pro quo passi sunt Martires. Et
tract. 6. in Joan. Qui enim diligunt... eligen-
tur. Qui vero non diligunt, si linguis hominum
loquantur & Angelorum, fluent arcanum suum,
*& cymbalum tintinni. Et si habuerint propria-*tem & severitatem omnia sacramenta, &... habuerint**

omnem fidem, ut monte transierant, nihil sunt.

Et si distribuerint omnem substantiam suam, &

*tradiderint corpus suum usque ardente, nihil ei pro-*dest. Dilectio sancti discernit a mundo. Et, ut**

dixerat in tract. 5. dilectio sola discernit inter nos

Dei. & filios diaboli. Signum se omnes signo crucis Christi, respondentes omnes atra, canentes omnes

habeantur, baptizantur omnes... non differen-

tunt filii Dei a filiis diaboli, nisi charitate. Qui

habent charitatem, nati sunt ex Deo: qui non ha-

bent, non sunt nati ex Deo. Magnum iudicium,

magna discessio. Quia quis habeat, hoc placet;

qui non habeat, nihil tibi proficeret. Alio si non habeat,

hoc habeat, & impleri legera. Ubi clausa illa,

qui non diligunt, manifeste designat defectum

charitatis actualis.

Habebat ergo quicquam Sacra menta omnia, ha 1704
beat Baptismum, Exomologem, Eucharistiam, &c. per ea remissione non accipit et peccatorum,
nisi Deum super omnia diligit. Hanc dilectionem
nisi habuerit, Dominus bonus proprieatis cur-*rit, qui in toto corde reguntur Dominum Deum*
Patrem suorum, & non importunat quid minus
sancificati sunt (verba sunt Ezechie 2. Paralipon-
30.) per Sacra menta utique incepionem,
dummodo corum sacerdotium non defuerit
voluntas, sed possibilias. Unde Augustinus lib.
*3. qq. in Levit. c. 84. dicit, in visibilium iudi-*cationem quibusdam adiussit, atque proficere, fine*
*visibilium Sacra mentis... visibilium vero sanc-*tionem fine illa invisibilis posse adesse, non pos-***

se proficeret. Et si quis in amore casto privilegium,

ut supplicat absentiam Sacra mentorum, sed in

Sacra mentis non est virtus, ut divini amoris sup-

pleat absentiam. Nec est in Sacra mentis uti-

ciat nos communicare passionibus Christi, fine

amore Christi, juxta illud ejusdem Augustini capi-

1709. Nec tu poteris communicare Christi passio-
nem sine amore. Sed quero, quo amore? non sse
cupiditas, sed sit charitas. Si enim, inquit, tradi-
dero corpus meum ut ardeam, & charitatem non
habero, nihil mihi prodest. Ut propterea tibi com-
municatio passuum Christi, tive per martyrum, fi-
ve per participationem Sacramentorum, charitas
adit.

1705 Secundum idem Apostolus 2. Cor. 7. v. 9. & 10.
gaudet Corinthios, secundum Deum contrita-
tos ad pœnitentiam: que enim secundum Deum
tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem ope-
ratur. Ex ipsis Apostoli verbis arguo sic: tristi-
tia, non quacumque, sed que secundum Deum
est, illa est, quæ quia (juxta Apostolum) iau-
briter contritatur ad pœnitentiam. Sed tristitia
ex solo servili timore gehennæ, sine ulti Dei
propter se amore, non est tristitia que secundum
Deum est. Ergo non est illa, quæ quis salubriter
contritatur ad pœnitentiam. Probatur subsum-
ptum, quia tristitia ex solo servili timore gehennæ,
non procedit ex amore Dei, sed ex amore
nostris, neque est propter intercessum Dei, sed propter
interesse nostrum. Ergo non est tristitia secun-
dum Deum, sed secundum hominem. Nullus
quippe sanctorum Doctorum, nullus factorum
interpretum, salem veterum, proferi potest,
qui per tristitiam secundum Deum, eo Apostoli
loco, intellexerit tristitiam ex solo timore gehennæ,
sed eam dumtaxat omnes intellexerunt, que
est ex Dei propter se amore, tive ex Dei chari-
tate, prout Apostolus exponit vel ipse Corin-
thius à Lapide, sic intellexisse dicens Chrysostomum,
& Cassianum, & addere potest: Baium, Ambro-
sium, Anselmum, S. Thomam, &c. Ba-
sius namque ad interrogat. 192. secundum Deum
tristitia (inquit) ea est, cum quis ex negle-
mandato Dei dolere affectetur. Unde in marty-
riss. vult, ut ob peccatum, id est Dei offendam,
non ob solam gehennam proficiam proficissime
lachryma. Similiter Ambrosius & Anselmus, in
cum Apostoli locum, dicunt, quod qui tristis est,
quia peccavit, secundum Deum tristis est; dolet
enim quia fecit quod odisse Deus. Caglianus de spiri-
tristitia 1.9. c. 11. hec tristitia, de qua Apostolus...
est Dei charitate defendit. Ita etiam Chrysostomus
hom. 4. & 15. in 2. ad Cor. & S. Thomas in c. 7.
secunda ad Cor. dicens, quod amor Dei causat
tristitiam de peccato. Et hec est tristitia secundum
Deum. Et Bernardus ferm. 2. in cap. Iejan. ibi,
tristitia tua convertatur ad ipsam (ut non nisi pro-
ter ipsum tristis) hoc autem res, si non nisi secun-
dum eum doloat.

1706 Nequis vero illa Apostoli verba restringat ad
tristitiam extra sacramentaliter salutarem, obstat
Tridentinum 1. 6. c. 14. declarans, verbis illis
contineri pœnitentiam hominis Christiani, ab his
agendam, qui posquam ab accepta justificationis
gratia per peccatum exciderint, exstante Deo,
per Pœnitentia Sacramentum, merito Christi, a
missam gratiam recuperare procuraverint.

1707 Tertio idem rursum Apostolus ad Galat. c. 5.
v. 5. Nos enim (inquit) ex fide sperni justitia ex
peccatis. Ex qua fide? Sequitur, & dicit: Nam
in Christo Iesu neque circumcisio aliquid valeat, ne-
que prepucium; sed fides, quæ per dilectionem ope-
ratur. Ubi ly per eboratatem Sancti vertere solent
per dilectionem, quæ actum lectionum deligitur.
Sic enim legere solet Augustinus, & cum ipso S.
Thomas in expositione hujus loci. Ita etiam alii
passim Interpretes, & Christi Martyr Roffensis,
eo Apostoli testimonio relata Lutheri articulum:
Ecce (inquit) non sola fides, sed cui
coniuncta est dilectionis operatio (nota) valeat ad
justificationem. Unde sic argumentor: fides sine
dilectione, sed charitate actuali, justificare nequit,

etiam in Sacramento. Ergo nec timor, neque ex
timore dolor. Probatur antecedens: si enim fi-
des sine charitate actuali justificare posset in Sa-
cramento, ita idem Apostoli Oraculum non esset im-
pliciter, id est abolutè, & sine exceptione verum:
cum tamen Apostolus illud simpliciter, & ablique
exceptione prouulerit, in modo exceptionem implicite
excluderit, cum dixit: neque circumcisio aliquid
valeat, quæ Sacramentum erat veteris legis. Per-
inde est enim ac h̄i dixit: neque Sacramenta
aliquid valeant. Et sic Augustinus intellexit, dum
1. 2. contra Petilian. c. 77. dixit: Teneamus cha-
ritatem, finis qua & cum Sacramentis, & cura
fidei nihil sumus. Sic etiam Tridentinum intellexit,
dum sess. 6. c. 7. ex Apostolico illo testimonio con-
tra haereticos probavit, solam fidem, etiam cum
Sacramento Baptismi, sine charitate operante, ad
salutem non sufficere: Hanc fidem (per cha-
ritatem operantem) ante Baptismi Sacramentum
ex Apostolorum Traditione Catechumeni, ab Ecclesie
petunt, cum petunt fidem vitam eternam pra-
stantem, quan... sine charitate (operante) fides
adultis prestat non potest. Unde & statim verbuna
Christi audunt: si vis ad vitam ingredi, serua
mandata, maxime primum & maximum, Diliges
Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. prout
Rituale Romanum exprimit, dum baptismi ritus
exponit. Et ratione dat Tridentinum ibidem c.
11. Qui enim sunt filii Dei (prout esse volunt,
qui baptismum petunt) Christum diligunt: Quia
autem diligunt eum, ut ipse nos habatur, servantes
sermones eius.

Quartum argumentum ex Rom. 8. cap. 149. 1708
proferemus. Quintum addi potest ex 1. Cor. ult.
Siquis non amat D. N. Iesum Christum, ana-
themam sit. Ergo capax non est justificationis.

C A P U T C X L V I I .

Eandem dicit Apostolus & Evangelista Joannes,
sicut & Apostolorum Princeps Petrus.

1709 J. Joan. 3. ubi versu 14. translati famas (inquit)
de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.
Versus autem 15. qui non diligit, manet in mor-
te, anima utique, sive in statu peccati mortalium.
Porro ly diligit, & diligimus, propriè sonat actuū;
nec significat. Idam odi negationem: utpote
qua: propriè non est dilectio; manifestumque est,
quod propter solam odii negationem translati non
famus de morte ad vitam. Significat ergo verum
& positivum actum dilectionis. Unde utroque illo
testimonio, utuntur Theologi passim omnes,
ad probandum divinae dilectionis necessitatem ad
justificationem extra Sacramentum. Nec certe
urgentiori testimonio probari potest. Si autem ut-
roque illo testimonio efficaciter probetur necessi-
tatis divinae dilectionis extra Sacramentum: pro-
fecto & in Sacramento. Cum Apostolus non
distinguat, sed generaliter, indifferenter atque ab-
sque exceptione loquatur. Et ubi Apostolus non
distinguit, neque nos distinguere debcamus, sed
generaliter accipere, quod generaliter dixit. Ne-
que enim nobis licet generalia S. Scripturae dog-
mata pro visa nobis ratione pure humana restrin-
gere.

Nec refert quod Apostolus de fraterna ibi cha-
ritate loquatur, quia charitas Dei & charitas pro-
ximi iu invicem connectuntur, ut una pro altera
ra frequenter in facris litteris accipiantur: eò quod
utique nec dilectio Dei possit esse in homine, si non
diligat proximum; nec dilectio proximi, si non di-
ligit Deum, inquit Augustinus 1. de fide & oper.
c. 10. Nam (ut sit 1. 66. in Joan. c. 13.) qui san-
cte & spiritualiter diligit proximum, quid in eo

Nnn 3